



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

53. De gloria cœlesti, ut respondet octo beatitudinibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

MEDITATIO LIII.

De gloria cœlesti, ut respondet octo
Beatitudinibus.

PUNCTUM PRIMUM.

Regnum
cœlorū.
Matt.
5. 3. &c.
Rom.
14. 7.
Ps. 44.
10.

Pauperibus spiritu, & persecutionem patien-
tibus promittitur regnum Dei, quod est ju-
stitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto, ex vi-
sione clara Dei, quæ intra ipsos est, ut auferri
nequeat, & ita cuiusque proprium, ut citra con-
sortium aliorum quisque Rex foret. Hinc Ec-
clesia dicitur: *Regina assistens à dextris Dei.*

PUNCTUM II.

Terræ
possessi.

Multibus promissa est terra, non ut hæc mo-
rientium, & vallis lachrymarum & sub-
jecta maledicto; sed viventium, in qua nemo
amplius mori potest, affluens omni solatio: *V-*
bi non est amplius neque luctus, neque dolor:
quam irrigat fluvius aquæ vitæ, ex sede Dei pro-
cedens, ad cuius ripiam arbores confixæ sunt, fe-
rentes fructum in singulos menses: hi sunt bea-
ti ipsi.

Apoc.
22. 1.

PUNCTUM III.

Confo-
latio.

Lugentibus est plena consolatio: ubi abster-
get Deus omnem lachrymam, ubi semper læ-
tissimum alleluia cantatur, ubi gaudium non
tolletur ab eis.

Apoc.
21. 4.

PUN-

PUNCTUM IV.

Esurientibus & sitientibus justitiam est saturitas sine fastidio. Nunc nihil hominem fatiat : non terrena, quia inania; non scientia, aut virtus, quia imperfecta. Satiabor autem, cum apparuerit gloria tua. Non esurient, neque sitient amplius.

Saturitas

Pf. 16.

15.

Apoc.

7. 16.

PUNCTUM V.

Misericordibus est misericordia: sunt enim mala vasa ira, alia misericordia, sicut quædam honoris, quædam contumelia: hæc inferis, illa cœlo dicata, ubi coronat eos Deus in misericordia, & miserationibus. Nam etsi beatitudo est corona justitiæ, tamen est misericordia maxima, quia inde sumit initium. Hæc sunt vasa aurea, & argentea à charitate & puritate: reliqua lignea & fictilia, quia casum admittunt & franguntur.

Plenitudo

misericordie

Rom. 9.

22.

Pf. 102.

4.

PUNCTUM VI.

Mundis corde est visio: nam pro fide datur lumen gloriæ. In lumine tuo videbimus lumen: & in lumine vultus tui ambulabunt & exultabunt tota die: quoniam gloria virtutis eorum tu es: quam dulce lumen, & quam delectabile oculis videre solem!

visio Dei

Pf. 35.

10

Pf. 88.6.

Ecc. 11.7

Pro spe datur comprehensio & omnimoda possessio. Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.

Cant.

3. 4.

Cha-

Cant. 2. Charitati demum accedet fruitio. *Dilectum*
16. *meus mihi, & ego illi.*

PUNCTUM VII.

Adoptio
Filiorū
Dei.
Rom. 8.
23.
Ioan.
3. 2.

Pacificis est adoptio filiorum. Nam est duplex: una imperfecta, & in hac vita: altera perfecta, ad quam adspirant ipsi filij *gementes, & adoptionem filiorum Dei expectantes.* Prior significata in Baptismo Christi, cum audita est vox: *Hic est Filius meus:* Posterior in gloriosa transfiguratione, cum eadem vox repetita. De utraque Joannes: *Nunc Filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus: scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.*

MEDITATIO LIV.

De gloria cœlesti, ut datur vincenti.
ti. 2. Apoc.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Alia
præmia
Fervor.
Apoc.
2. 7.
Io. 1. 4.
Ioan.
17. 3.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Lignum vitæ est Deus ipse. *Quia in ipso vita erat: editur de illo per visionem claram. Hæc est enim vita æterna, ut cognoscant te verum DEUM, & quem misisti JESUM Christum.* Paradisus est iptum cœlum empyreum, locus deliciarum beatis: ubi suam gloriam Deus patefacit, fruendamque exhibet: sed datur vincenti.

PUN-